

1266, setembre, 5

*El rei Jaume I firma la donació d'un farraginal de Maià, feta per Pere de Cervera i Jusiana, esposos, a l'altar de Santa Maria de l'església de Sant Daniel.*

ASD núm. 194, perg. orig., 170 x 240 mm. Perdut el segell pendent. Còpia: Llibre de capbreuacions de Setcases, núm. 30, ff. 43v-44.

Nouerint uniuersi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Ualencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostres laudamus, concedimus et confirmamus donacionem quam Petrus de Ceruaria et Iusiana eius uxor fecerunt Deo et altari beate Marie siti in monasterio Sancti Danielis quod est iuxta ciuitatem Gerunde, de ferregenali quod habebant in parrochia Sancti Uincentii de Mayano cum òmnibus ad ipsum pertinentibus, ut in carta de predicta donacione confecta melius et plenius continetur, promittentes quod contra predictam donacionem non ueniamus nec aliquem uenire permittemus, imo eandem obseruabimus et faciemus inuiolabiliter obseruari, mandantes insuper uicariis, baiulis et uniuersis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod ptedictam concessionem et confirmacionem nostram firmam habeant et obseruent et fadant obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliquo tempere aliqua racione.

Datum Gerunde, nonas septembris anno Domini millesimo .CCLX. sexta.

Sig + num (signe) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Ualencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Testes sunt Poncius Hugo, comes Impuriarum. Iauzbertus de Castronouo, Poncius Guilielmi de Turricella, Iaufridus de Rochabertino, Guilielmus de Caneto.

Sig(s. man. )num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 408